

morâ incommodè vidisti, nescio an spectando lassior an
expectando. Accedit quod Commentarioli, quam vides in
gratiam Victoris amicissimi, autorem hanc meam manum
frequens rumor facit, ut jam quœcumque te proripias, vix
evadas aut loquacitatem meam, aut scriptiunculas. Sub
junge proinde et Epigrammatum in funus nuperum
quod inter meorum insulsissima, tua certe humanitas
non censebit. Equidem hoc ipsum hactenus non vulgo, ne
quidem inter amicos. Terret quippe nos sæculi iniquitas,
per quam de D. D. Auriaci, vix impunè quis usurpet solum
illud immixtum antiquorum, OPTIMO PRINCIPES.
Consule tuo auctori quoque pro tuâ prudentiâ, nec temerè cui
capiam facito versiculorum quantumvis innocentium, quos
de tutela vides, non est quod sollicitè celebatur. Versantur
quippe in argumento bonis laudabili, fortasse nec pessimis
improbando. Superiunt plura non infimi commatis, quibus
te in Museo Zulichemio distingere certum erat. At tu fugere
maluisti, indignanti bus Musis, quæ se despectui Schurmannæ
fuisse, nondum dolere cessant. Erit cum emendare culpam
vales, cujus te nolit Voetius esse ream. fiat, fiat, Virgo
mea, si quo penes te in prætib est, qui simul vivere et esse
desinet.

Virtutis tuæ cultor addictissimus.

23. Martii 1651.

C. H.

Westerbanio à
Brantwijck.

Vir Nobilissime

(122).

De malis bene est, quasi parum Persæ fuissent, ascivisti et
Armentos, quò meo toto Oriente devincires. Quod verò nec
ab humanitate tuâ impetrasti, ut adscripto prætib boni
nomini gloriam emptari non donatarie indulgeres,
nequeo non stylium vertere, et hic testari, de malis malè
esse. Actis proinde quas debeo, maximi gratiis pro liberali
opera Vitaulio navatâ; quaeso te ne de num nulli
controversia hujus libertatem commercii interrumpat,
quod mihi tecum intercedere, rerum hortensium veterans,
Vitaulium ipsum, si dari posset, omnibus votis exoptaret.
Ecce modum aperui, quo me non uno nervo obstringas,
etiam si Armenia Persia non succurrat. Iterum hòs
a te peto, et futurum spondeo ^{utriusque} mutneris iustat. Vale
Haga Com: 41. Id: Dec: C1D1C11.

Westerbanio.